6. Das Amt des Justitiars.

a. Capitula vom 15. Mai 1272; RA. n. 16 (Carolus I 1272 E) fol. 50a – 52b.

[Entsprechende Capitula vom 23. Januar 1277; RA. n. 27 (Carolus I 1276/77 A) fol. 7a – 8b gedr. bei Minieri, Codice I, 125 n. 147, Trifone, Legislazione 50 n. 45, Ciccaglione, Capitoli 58–60. Capitula vom 8. Juni 1279 in RA. n. 33 (Carolus I 1278/79 H) fol. 209a – 210a.

[Vgl. oben S. 7 Amtsbuch Ziff. 2.

6a / 1 / 120

Capitula officii iustitiariatus Principatus, videlicet:

K. primogenitus etc. Magno de Lentino militi domini regis familiari iustitiario Principatus et terre Beneventane devoto suo etc.

Cum te dominus pater noster in exercendo ipso iustitiariatus Principatus et terre Beneventane officio usque ad sue beneplacitum voluntatis duxerit ordinandum, devotioni tue firmiter et expresse precipimus, quatinus predictum tibi commissum officium de mandato eiusdem domini patris nostri ad honorem et fidelitatem suam et nostram iuxta formam subscriptorum capitulorum diligenter et fideliter debeas exercere, ita quod de fide et diligencia possis in conspectu suo merito comendari.

Capitula vero sunt hec:

[1.] in primis, quod decretam tibi provinciam frequenti, immo continua discursione perquirens, deum et beneplaciti regis votum habendo pre oculis, universis et singulis de iurisdictione tua, potissime ecclesiis et personis ecclesiasticis pupillis, orfanis, viduis et personis miserabilibus ~~[...]~~ | f. 50b sine acceptione aliqua personarum, ~~gratum~~ quantum ad tuum spectat officium, debeas sine fraude iusticiam ministrare et provincialium dispendiis, ipsos ad remota loca pro iusticia non vocando nec trahendo post curiam, parce